

Proinde, circa quaestionem, Utrum per conscientiam
immediate percipitur substantia prima, sic respondendum opinor.

Per conscientiam innotescit immediate id quod est
substantia prima conscia.

Proinde, circa quaestionem, Utrum per conscientiam
immediate percipitur substantia prima, distinguendum videtur:

Utrum per conscientiam innotescit substantia prima
inconscia an substantia prima conscia.

Utrum hoc innotescere sit immediatum an mediatum.

Utrum hoc innotescere sit perceptio obiecti.

Utrum perceptio mutat^e obiectum

Si quaeritur utrum per conscientiam immediate percipiatur substantia prima, multipliciter distinguendum videtur:

Quid per conscientiam innotescat? Substantia prima inconscia, an forte substantia prima conscia.

Quid immediate per conscientiam innotescat? Id quod formaliter per conceptum distinctum dicitur 'substantia prima inconscia' vel forte 'substantia prima conscia'? Vel forte id quod est substantia prima inconscia vel conscia, quamvis nondum conceptibus formalibus dicatur?

~~Qua~~ Utrum hoc innotescere sit perceptio obiecti prout perceptio obiecti contraponitur experientiae subjecti (uti explicite fit tum in libro 'De constitutione Christi ontologica et psychologica, pp. 131 ss, et passim, tum in articulo apud Gregorianum, 40(1959), 250)? An forte per hoc innotescere

Apud "Gregorianum," 40(1959), 252, scripsi:

'For consciousness does not reveal a prime substance; it reveals a psychological subject that subsequently may be subsumed, and subsumed correctly, under the category of prime substance.'

Quod effatum, si a contextu praescinditur, aliquam ambiguitatem habere posse videtur.

Nam ex una parte dicitur conscientiam manifestari⁹ non substantiam primam sed subiectum psychologicum; unde concludendum esse videtur subiectum psychologicum non esse substantiam primam.

Ex alia parte dicitur subiectum psychologicum subsumi¹ et recte subsumi¹ sub categoria substantiae primae; unde concludendum est subiectum psychologicum esse substantiam primam.

Quae ambiguitas dupliciter resolvi potest.

Uno modo, ut dicatur immediate subiectum psychologicum manifestari, et mediate per nescio quam illationem manifestari substantiam primam.

Alio modo, ut dicatur per conscientiam~~am~~ manifestari non substantiam primam inconsciam sed substantiam primam consciam.

Prior ambiguitatis resolutio nullum fundamentum in contextu habet.

Posterior ambiguitatis resolutio manifeste menti auctoris correspondet:

1) statim enim dicit 'subiectum psychologicum recte subsumi sub categoria substantiae primae': et manifeste 'substantia prima conscia' est 'substantia prima'; neque haec est illatio proprie dicta sed, ut dicit auctor, subsumptio.